

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 27 (1872)

Artikel: Curriculum vitae der Geistlichkeit des Landcapitels Hochdorf im Jahre
1731

Autor: Bölsterli, Joseph

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-112585>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 19.01.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

II.

Curriculum vitæ

der Geistlichkeit des Landcapitels Hochdorf im

J. 1731.

Von Sextar J. Bölsterli in Sempach.

(Aus dem Verhandlungsprotocolle der Capitelversammlungen fol. 83—94.)

Die in obiger Aufschrift angekündete, hienach folgende Mittheilung mag dem Geschichtsfreunde, besonders aber dem kirchlichen Statistiker nicht vorenthalten werden, da bezüglich der bezeichneten Zeit nicht bloß die Anzahl der geistlichen Pfründen des Lucernischen Landcapitels Hochdorf nebeneinander gestellt sind, sondern weil über die gleichzeitigen Pfrundinhaber, ihre Bildungsstätten, frühern Anstellungen u. s. w. mancher Aufschluß ertheilt wird.

Voran stellen wir das auf folgende Aufzeichnungen bezügliche Mandat des bischöflich-constanzischen Ordinariats vom 5. März 1731.

1731, 5. März.

Nos Dei et apostol. sedis gratia Joannes Franciscus etc. Universis et singulis eccles. Colleg. Præpositis, Capitul. rural. Decanis, Cammerariis, Deputatis, Parochis et reliquis Clericis etc.

Notitiam, quam in episcopo sacri canones præsumunt, Cleri nostri quantum hujus diœcesis aptitudo admittit, plenam habere et viridem conservare volentes, vobis omnibus et singulis ac cuilibet vestrum præcipimus et mandamus, ut clericos omnes sacris ordinibus insignitos et vestris collegio et capitulo adscriptos, aut intra eorundem districtum viventes beneficiatos vel non beneficiatos, conscribatis et per quemlibet eorundem, quoad suam personam in

particulari scribi et nobis tradi faciatis, distinctim notando cuiuslibet Nomen, cognomen, Patriam, Diœcesin, annum, locum et parentes, eorumque statum et conditionem, in quibus et ex quibus est genitus, studia quæ absoluit, loca, ubi studuit, gradum academicum, ad quem, et locum, ubi fuit promotus, annum, in quo, Episcopum, a quo, et titulum Patrimonii, ad quem fuit ordinatus Subdiaconus, Diaconus et Presbyter; loca, in quibus a tempore susceptorum ss. Ordinum fuit moratus, beneficia ecclesiastica, quæ possedit et actu possidet, officia, Cooperaturas aut conditiones, quibus in vel extra capitulum præfuit aut præest, tempus, per quot menses vel annos quodlibet beneficium, officium, cooperaturas aut conditiones administravit. Conscribantur autem omnes Beneficiati secundum ordinem Beneficiorum, quæ possident et in Capitulis ruralibus, primo ponantur civitates dein reliquæ parochiæ et loca secundum ordinem alphabeticum litterarum initialium. Si beneficium vacet, annotetur tempus, a quo vacat et illius patronus; quæ omnia rite ac fideliter facta, et in folio integro, caractere bene legibili ordinate scripta usque ad angarias Septembris proximam per collegii aut Capituli vestri procuratorem Vicario nostro in Pontificalibus et Spiritualibus Generali offeratis. Datum in Residentia nostra Marispurgi 5. Martii 1731. indict. 9^{na}.

Jo. Franc. Epis. Const. et coadjutor August.

(L. S.)

Ad quod quilibet D. D. Capitularis forma subsequenti reposit:

B. Ballwil, parochia.

Joan. Heinricus Moser, hon. et legitimo thoro junctis parentibus in parochia Hochdorf Cant. Lucern. natus, ætatis 53. Studia omnia in Lycæo lucern. absoluit, Phylosophiam per triennium, Theologiam moralem, polemicam et speculativam per quinquennium integrum. ss. ordines accepit abs titl. D. Julio Piazza, Archiep. Rhodiensi Nuntio apost. requisitis Dimissorialibus rite instructus A^o 1701. Patrimonio abs Illust. Superioritate Lucernensi obtento, per sex annos Sacellanus fuit in Hochdorf. A^o 1715 vero promotus ad beneficium parochiale in Ballwil Ditionis Lucernensis. Prothonotarius apostolicus et V. Capituli Sextarius ac B. Theologiæ Doctor.

Baldegg, Sacellania.

Alphonsus Antonius Feer, civis Lucernensis e parentibus legit. thoro junctis natus 1704 die 6. Martii.¹⁾ Per duos annos Theologiam moralem absoluit in universitate Mussipontana²⁾. Ex dimissione celsissimi D. ordinarii ad titulos Patrimonii et actualis beneficii Sacellaniæ in Baldegg in Subdiaconatum ordinatus fuit st. Deodati a celsissimo Jo. Claudio Sommer, Archiepis. Cæsariensi A^o 1726 die 15. Junii, in diaconum ob eodem Archiepis. et loco A^o 1727 die 12. Aprilis, et in Presbyterum ab antefato Archiepiscopo A^o 1728 die 27. Martii, in quo anno etiam possessionem accepit Sacellaniæ Baldeggensis. Jam vero Canonicus electus et præsentatus Collegiatae ecclesiæ Beronensis.

C. Dietwil, parochia.

Joannes Meyer, Solodoranus Diœcesis Constant. ex pago Kriegstetten, hon. parentibus Bartholomæo Meyer et Ursulæ Kaufmann natus A^o 1677, die 18. Februarii. Studia humaniora absoluit Solodori, Philosophiam vero cum Theologia Morali in Lycæo societatis Jes. Friburgi Noitonum, patrimonio abs illustrissimo Senatu Solodorano instructus quatuor Minores et st. Subdiaconatum Constantiæ A^o 1702 die 22. et 23. Sept. abs R^{mo} D^{no} Suffragano Geist Episc. Tricalensi suscepit. Exin legitime dimissus eodem anno sabbath. angariæ adventus Diaconatum Arleshemii abs titl. D^{mo} D. Casparo Schnorpf Episc. Chrysopol., item ab eodem presbyteratum A^o 1703 Sabb. angariæ quadrages. accepit. Beneficio postea Sacellaniæ in ecclesia Colleg. Solodori per 6 menses, post hanc parochia in Hohenrein per sex annos, iam vero parochia in Dietwil provisus per annos sexdecim.

Sacellania ibidem.

Joannes Petrus Trinckler, Tuginates Diœces. Constan. ex hon. parentibus Casparo Trinkler et Elisab. Krenzlin die 24. Februarii A^o 1659 natus. Studia minora absolvit Solodori in Gymnasio Societatis J. philosophiam et Theologiam moralem apud PP. Franciscanos ibidem. Titulum Patrimonii præbente ipsius noverco, ad

¹⁾ Dessen Eltern waren: Carl Ludwig und M. Margareth Meyer.

²⁾ Pont-à-Musson.

quem abs R^{mo} Episcopo Heliopolis Georgio Sigfrido A^o 1683 die 18. Sept. ad Subdiaconatum, die vero 18. Decembris ad Diaconatum, A^o 1684 die 26. Februarii ad st. Presbyteratus ordinem promotus fuit, statimque provisos beneficio Præmissariatus Vranie in Flüelen, quod per 9 annos cum dimidio possedit. Jam vero ab A^o 1693 et die 14. Sept. sacellaniam in Dietwil possidet.

E. Eschenbach, parochia.

Joannes Rochus Hetzel civis surlacensis Ditionis lucernensis hon. parentibus Jo. Jacobo Hetzel et Mariæ Annæ im graben natus A^o 1685 die 8. Maji. Studia inferiora Solodori, philosophiæ cursum cum Theologia Morali Lucernæ absoluit. A Superioritate Surlac. patrimonio provisos ss. Ordines omnes abs R^{mo} D^o Suffraganeo Geist A^o 1708 suscepit, vicarium ad titulum mensæ egit per annum in valle Mariana, vulgo Reinthal. A^o 1709 Sacellaniam in Baldegg adeptus. A^o 1716 vero ad parochiale beneficium in Eschenbach promotus, venerabilis Capituli Hochdorfii Cammerarius. ¹⁾

Sacellania ibidem.

Bernardus Sigerist ex oppido Eschenbach ditionis Lucern. parentibus Jacobo Sigerist et Elisabeth Helfenstein natus A^o 1672 die 24. Martii. Studia humaniora cum Philosophia per triennium et studio casuistico simul et polemico, item per tertium ferme annum Theologiam speculativam Lucernæ absoluit. A^o 1695 obtenta dispensatione supra ætatem patrimonium ex hospitali Lucern. requisitis omnibus instructus et dimissus abs R^{mo} D. Casparo Episc. Crysol. Arleshemii feria 4. et 6. prima tonsura et 4 minoribus, Sabbati vero angariæ quadrag. in subdiaconum, sabb. sitientes ²⁾ in diaconum et sabb. Sanct. ibidem in presbyterum ordinatus fuit. Dein per triennium vicarium pro tit. mensæ egit in Inwil, postea sacellaniam ibidem adeptus per 14 annos eadem functus, ad sacellaniam B. Virginis in Eschenbach promotus fuit, quam de facto per annos 18 possidet. ³⁾

¹⁾ Obiit 7. Febr. 1738.

²⁾ Ist der Samstag vor dem Passionssonntag.

³⁾ Obiit 5. Febr. 1737.

Esch, parochia.

Ursus Franciscus Antonius Probstatt Lucernæ hon. parentibus Franc. Probstatt et Genoveva Düring A^o 1687 ¹⁾ natus. Philosophiam et Theologiam Moralem ibidem absoluit, Theologiam vero scolasticam Romæ ubi A^o 1712 a R^{do} D. Dominico de Zaulis archiep. Theodosiæ vices gerente ad ss. ordines promotus fuit ad titulum patrimonii hospitalis Lucernensis. Postea per 3 ferme annos sacellanus aulicus Marchionis Baretti Laudi oratoris hispan. regis. Per septem exin annos vicarius in parochiis Emmen, Horw et Esch, quod ultimum parochiale beneficium obtinuit A^o 1721 et actu possidet.

G. Gormund, sacellania.

Nicolaus Schüpfer Beronensis ex pago Gunzwil A^o 1652 die 15. Decembris ex parentibus honestis etc. Studia sua Philosophiæ per triennium et Theologiæ moralis per biennium, Theologiæ specialis per annum cum dimidio Lucernæ absoluit. A^o 1677 patrimonio ex Hospitali Lucern. obtento sacris ordinibus insignitus est abs R^{mo} D. suffraganeo Constantiæ D. Episc. Georgio Sigismundo, presbyteratum vero dimissorialibus desuper obtentis abs Odoardo Cybo, nuntio apostolico Lucernæ A^o 1678 accepit. Vicarium per 5 annos egit in parochia Emmen. Inde A^o 1684 promotus ad sacellaniam in Rottenburg. Anno 1705 sacellaniam obtinuit in Gormund. ²⁾

H. Hochdorf, parochia.

Joannes Casparus Hefliger Beronensis ditionis Lucern. hon. parentibus Christophoro Hefliger et Catharinæ Dannerin natus 1688 die 31. Julii. Studia humaniora una cum Philosophia per triennium Theologia morali polemica et scholastica per biennium Lucernæ absoluit. Primam tonsuram cum quatuor minoribus, obtenta licentia abs ill^{mo} D. Nuntio Apost. Jacobo Caracciolo Lucernæ die 8. mensis Martii A^o 1711 accepit, subsequenti vero anno 1712 instructus patrimonio abs ecclesia collegiata Beronensi una cum dispensatione

¹⁾ Die 19. Octobr.

²⁾ Obiit anno 1737 die 19. Febr.

supra ætatem et beneficio ad extra tempora subdiaconatus 12. die martii, diaconatus 26. die martii et presbyteratus ordines 28. die Martii abs R^{mo} D. suffraganeo constant. Conrado Ferdinando obtinuit. Paulo post ad sacellaniam in ecclesia collegiata Beronensi promotus eaque, per duos annos circiter gaudens A^o 1715 parochum (sic!) in Häglingen agere jussus est, ubi per 8 quoque annos commoratus locum mutavit obtenta parochia in Hochdorf A^o 1723. Idem v. capituli secretarius.

Sacellania ss. Petri et Pauli ibidem.

Jodocus Ranutius Segisser Lucernæ A^o 1689 natus ¹⁾ ex prænobilibus parentibus Heinrico Ludovico Segesser de Brunegg et Anna Maria Catharina Ruscon. Studia inferiora Lucernæ, philosophia cum studio morali utroque jure in collegio st. Hieronymi Dilingæ audivit, ss. ordines per quatuor tempora accepit abs R^{mo} D. episcopo Joanne Francisco; patrimonium præbente Domino avo Jodoco Ranutio Segesser pannerario. Sacellanus honoris Melingæ factus per 8 annos ibidem commoratus, exin Sacellaniam in Ruswil per 8 annos occupavit, jam vero sacellaniam in Hochdorf pariter per 8 annos possidens, Expectans canonicus ad ecclesiam Collegiatam Beronæ.

Sacellania st. Crucis ibidem.

Joannes Guilielmus Frey Beronæ ante 25 annos natus ex parentibus Joanne Guilielmo Frey et Margaritha Nerach. Humanioribus litteris in Monasterio Murensi absolutis triennium philosophiæ biennium Theologiæ tam speculativæ, quam morali adjuncto jure canonico impendit Lucernæ. A^o 1729 obtenta supra ætate dispensatione sacris Constantiæ initiatus ab episcopo Uthinensi de Vitgenstein ad titulum patrimonii Collegiatæ ecclesiæ Beronensis a tempore susceptorum ordinum per tres fere anni partes vicarium egit in Neudorf et A^o 1730, 10. Novembris obtinuit sacellaniam st. crucis in Hochdorf. ²⁾

Hitzkirch, parochia.

Franciscus Josephus Wurman, anterioris Austriæ ad Rhenum Provinciæ diæces. Constant. natus A^o. 1675 Lauffenburgi paren-

¹⁾ Nach dem Taufbuche am 4. April 1688.

²⁾ A^o 1738 ejusdem v. Capituli secretarius.

tibus honestis et liberis. Theologiam scholasticam audiit Wiennæ in Austria obtento licentiatu gradu. Ordinatus abs Emin^{mo}. Cardinali Leopoldo a Kolloniz ad patrimonium ex annuis proventibus civitatis Lauffenburgensis. Mox obtinuit sacellaniam in Hitzkirch occupans per 11 annos, dein parochiam in Hitzkirch per 13 circiter annos.

Dom. sacellanus primus ibidem.

Cornelius Gualbert Fessler ex loco Hitzkirch diœc. Constant. natus A°. 1702 ex parentibus honestis. Præter humaniora etiam Theologiam moralem et scolasticam Lucernæ audiit, ordinatus proin A°. 1726 per R. D. suffraganeum Constant., provisos patrimonio abs prædivite centurione D. Jo. Caspero Scherer in Hitzkirch; posthac vicarium egit in Wohlhusen par annum circiter, donec obtinuit sacellaniam, quam de facto possidet per duos annos.

Dom. Sacellanus secundus ibidem.

Mauritius Vitalis Christophorus Hefliger Beronensis, ditionis lucernensis, legitimus filius hon. parentum Christophori Hefliger et Annæ Mariæ Herzog, natus A°. 1703 die 31, Julii. Integro sexennio in scholis societatis Jesu Lucernæ versatus inferioribus annos tres totidemque Philosophiæ, biennium quoque Theologiæ morali impendit Constantiæ. SS. ordines suscepit abs R^{mo}. D. episcopo Utinensi A°. 1727, nempe 12. Aprilis subdiaconatum, pridie susceptis minoribus, 7. Junii diaconatum et 20. Septembris Præsbyteratum ad patrimonium R^{mi}. Capituli Beronensis. A die primitiarum vicarium egit D. fratri suo et parochi in Hochdorf, per quadriennium ferme, tum obtinuit sacellaniam modernam A°. 1731 die 12. Julii.

N. B. Sacerdos prope commorans.

Joannes Theodoringus Frey exparochus Hitzkirchensis degens modo in prædio suo Bleulickon dicto, natus Badæ in Helvetia A°. 1670 die 19. Sept. parentibus Joannis Frey et Lucretiæ Sunnerer. Post absolutas alibi humanioras litteras triennium Philosophiæ et biennium Theologiæ morali, polemicæ vero unum annum impendit. Lucernæ obtento ex hospitali Badensi patrimonio, litterisque instructus dimissorialibus ordines omnes suscepit abs Ill^{mo} D. suffraganeo Basileensi Casparo Schnorpf, dispensatione supra ætatem facta A°.

1693. Posthac Badæ per septem circiter annos Scolasticum agens, dein parochum in Beuggen per sex annos, postea ad parochiam in Hitzkirch promotus, ubi officium præstitit per octo annos, donec dimissus et obortis nescio quibus collatorem inter et parochum litibus exesse jussus est, privatim modo vivens.

Hochenrein.

Joannes Henricus Stæcklin, diœces. Constant. civis lucernensis hon. parentibus ¹⁾ natus A^o 1669 die 11. Sept., in qua urbe studiis operam dedit et Theologia speciali absoluta rite dimissus ad titulum patrimonii hospitalis Lucernensis in subdiaconatum ordinatus est A^o 1692 die 22. Martii in Arlesheim abs Ill^{mo} D. Episcopo Schnorpf. Eodemque anno et ab eodem episcopo die 31. Maji in diaconum. Item in sacello aulico Bruntutano sabb. angariæ exaltationis st. crucis cum dispensatione ætatis in Presbyterum. Celebratis primitiis vicarius fuit in parochia Derweilen diœc. Basil. per annos circiter quinque, postmodo parochus in Blauen dictæ diœces. per 15 annos, modo parochus in Hochenrein et alternatim in Wangen per 16 ferme annos.

Dom. Collega ibidem.

Jacobus Schwingrueber ex pago Malters ditionis Lucernensis natus A^o 1692 die 2^{do} Decembris ex honestis parentibus. Theologiam moralem Friburgi Neotericorum absoluit, ubi a Cels^{mo} D. episcopo lausannesi Jacobo ad patrimonium hospitalis lucernensis rite dimissus in subdiaconum A^o 1715, 15. Julii, in diaconum vero sub angariis exaltationis st. crucis abs Rev^{do} D. episcopo Domitiop. Jo. Christophoro suffraganeo Basileensi in sacello aulico Bruntrutano, A^o 1715 sabbato st. Lucie cum dispensatione ætatis in presbyterum fuit creatus. Postea vicarium egit in Malters per duos annos et dein sacellanus ibidem per annos 10. modo comparochus in Hochenrein et alternatim in Wangen per 3 ferme annos.

I. Inwil, parochia.

Jodocus Melchior Ignatius Keppelin civis Lucernensis, ex honestis parentibus Martino et Margaritha Entlin natus. Interiores

¹⁾ Michael und M. Magd. zur Müli.

scolas Lucernæ absoluit, Mediolani in Collegio Helvetico in alumnum susceptus biennio cursum philosophicum et septennium Theologiæ speculativam impendit. Provisus postmodum ex hospitali Lucernensi primam tonsuram et 4 minores ab Emin^{mo} Archiepiscopo et Cardinali Friderico vicecomite Visconti initiatus et a Rev^{mo} Episcopo Bobiensi Bartholomæo Capra ss. ordines majores accepit. In patriam redux vicarium egit in parochia Luteri per duos annos, exin ad sacellariam st. Catharinæ Lucernæ promotus per 7 annos, A^o 1700 ad parochiam Inwil electus, v. Capituli Hochdorfiensis sextarius. ¹⁾

Dom. Sacellanus ibidem.

Carolus Antonius Ostertag, A^o 1668, 2^{do} Junii natus Lucerne hon. parentibus Joanni Jodoc. et Barbaræ Haltmeyer. ss. ordines ibidem accepit per Ill^{lum} D. Nuntium apostolicum Bartholomæum Menati omnia habens requisita A^o 1691, dominica 4. Martii minores ordines et sabbato 4 temporum ejusdem mensis subdiaconatum, sabbat. sitientes diaconatum et in festo inventionis stæ crucis ejusdem anni præbyteratum suscepit extra tempora cum dispensatione supra ætatem.

N. Neudorf, parochia.

Joannes Jacobus Schumacher, Beronæ natus A^o 1667, die 18. Februarii ex hon. parentibus Heinricho Schumacher et Anna Maria Ernst. Inferiores scholas Beronæ partim, partim Lucernæ absoluit. Logicam, ss. scripturas et Theologiam polemicam per annum Constantiæ, casus et iterum Theologiam polemicam per duos annos Friburgi Helvetiorum absoluit, sacris initiandus obtentis dimissorialibus quatuor minores abs Episcopo Lausannensi Petro a Montenach die 20. Maji A^o 1690 suscepit, subdiaconatum ab Ill^{mo} Nuntio apostolico Bartholomæo Menati die 23. Sept. sabb. 4 temp. in Capella Monasterii st. Urbani ordinis Cist. diaconatum ab eodem D. Nuntio 23. Decbr. ejusdem anni in Residentia Lucernæ. Presbyteratum quoque ab eodem die 10. Martii 1691 Lucernæ. Postea promotus ad beneficium in Schönenwerth, exin A^o 1695 ad beneficium simplex in Collegio Ecclesiæ Beronensis, postea ad parochiam in Ryenthal, demum A^o 1721 ad parochiam in Neudorf.

¹⁾ Natus 30. Jän. 1668. † 6. Dec. 1734.

Dom. vicarius ejusdem.

Franciscus Josephus Meyer Lucernæ hon. parentibus Joh. Jacobo et Dorotheæ Meglinger natus A° 1689 die 9. Junii. Studia sua omnia, philosophiam nempe per 3, casus quoque per 3, polemicam per duos, Theologiam speculativam per 4 annos absoluit. Sacris initiatus abs R^{mo} D. suffraganeo Conrado Ferdinando 4 minores A° 1714, 23. Febr. subdiaconatum eodem anno 26. Maji, diaconatum die 3. Junii, presbyteratum 10. Junii Constantiæ suscepit. A° 1716 ad simplex beneficium Lucernæ, iam vero A° 1730 in vicarium parochiæ Neudorfensis susceptus.

Dom. Primissarius in Neudorf.

Petrus Antonius ab Esch Surseensis hon. parentibus natus. Humaniora perfecit Lucernæ per duos, Solodori per tres annos, Philosophiam, Theologiam scolasticam et moralem audivit Argentinæ per 4 annos. Patrimonio ad hospitale surseense et titulo Mensæ instructus, A° 1728 Constantiæ 4 minoribus initiatus in Peterhausen in angariis Pentecostes ab ejusdem Monasterii R^{mo} præsule, altero vero die ejusdem angariæ subdiaconatum a Cels^{mo} principe in Hegenen, subsequenti angaria diaconatum a Rev^{mo} D. suffraganeo, proxima dein angaria Decbris presbyteratum inunctus fuit. A° 1729 obtinuit Capellaniam in ecclesia collegiata Beronensi cum primissariatu in parochia Neudorf.

P. Pfefficon, parochia.

Franciscus Josephus Antonius Hefliger Beronensis diœcesis constant. natus A° 1705 die 20. Octobris honestis parentibus Christophoro Hefliger et Annæ Mariæ Herzog. Studia inferiora partim Beronæ et Lucernæ absoluit. In eoque Lycæo philosophiæ per triennium, Theologiæ morali item et speculativam simulque Juri Canonico biennium impendit. A° 1728 a R^{mo} episcopo Franc. Jo. Antonio vicario generali ad patrimonium R^{mi} Capituli Beronensis et titulum mensæ pro parochia Hegglingen, 12^{mo} Martii 4 minoribus initiatus, 13. Martii sub — et 27. Martii diaconus creatus est; item et 21. Sept. ejusdem anni dispensatione supra ætatem et extra tempora in presbyterum ordinatus. Abhinc Heggliconæ in vicariatu per biennium ferme moratus A° 1730 in parochum Pfefficonæ electus fuit.

R. Römerschwil, parochia.

Joannes Ludovicus Göldlin natus Lucernæ A° 1678, 7. Martii. ¹⁾ Philosophiam cum ejusdem defensione publica, item Theologiam scolasticam cum morali Mediolani in Collegio Helvetico absoluit. Ordinatus A° 1703 abs Em^{mo} Cardinali Archinti archiepiscopo Mediol. parochiam Hochdorfensem obtinuit possidetque per 20 annos. Moderne parochus in Römerschwil per 8 annos; præterea gradum ss. scripturæ publice suscepit, prothonotarius apostolicus et V. capituli Hochdorf. decanus, item S. Cæsaris Majestatis Sacellanus aulicus.

Dom. Sacellanus ibidem.

Stephanus Müller ditionis Lucern. natus A° 1692 in Gundelingen Parochiæ Römerschwilanæ parentibus honestis Lucernæ studuit philosophiæ triennium, Theologiæ morali biennium, impendens, a° 1715 die 12. Junii prima tonsura abs celsissimo principe Constant. Jo. Francisco, A° 1716 sub - et diaconatum item et presbyteratum per dispensationem insignitus abs R^{mo} Episcopo et suffraganeo Geist ad patrimonium hospitalis Lucernensis, a susceptis ordinibus sacellaniam in Hochdorf per 13 annos occupavit. Modo possidet sacellaniam in Römerschwil ab anno 1730.

Rotenburg, parochia.

Joannes Augustinus Mahler Lucernensis, filius Ludovici Mahler senatoris Lucernensis et Medicinæ Doctoris et Mariæ Jacobæ Balthasar natus A° 1672. Studia minora Einsidlæ, Philosophiam et Theologiam Lucernæ et Mediolani absoluit. Gradum Doctoris abs Ill^{mo} Nuntio apost. Bartholomeo D'aste, a quo etiam subdiaconatum A° 1694, diaconatum vero A° 1695 accepit. Præsbyter vero creatus A° 1695 Arleshemii abs R^{mo} D^{no} suffragan. Schnopf cum titulo patrimonii super hospitale Lucern. A° 1696 fuit vicarius Ruswilæ. A° 1698 promotus ad plebaniam Rotenburgi, Exdecanus resignatus V. Capituli Hochdorfiensis.

Dom. Vicarius ejusdem.

Jo. Jodocus Leopoldus Bircher Lucern. ætatis 24 annorum, ²⁾ filius Jodoci Leopoldi Theodorici Bircher senatus majoris Lucern. et Mariæ Cunegundis Zellger. Humanioribus litteris, Philosophiæ per

¹⁾ Seine Aelteren hießen Christoph und Elisabeth. v. Wyl.

²⁾ Natus 9. Nov. 1707.

triennium, Juri pontif. per unum, Theologiæ morali per duos, scolasticæ per unum annum in lycæo Lucernensi nec non per duos alios Lucæ in Italia apud P. P. Dominicanos operam dedit. Obtenta quoque dispensatione pro interstitiis et 13 Mensibus ss. ordines omnes a R^{mo} Bartholomæo Pucci primo episcopo Pisiæ in Toscana extra tempora suscepit A° 1730 cum titulo patrimonii super Hospitium Lucernens. redux in patriam statim in Vicarium Rotenburgi adeptus est.

Dom. Sacellanus ibidem.

Josephus Ludovicus Schuffelbuel Lucern. annorum 39, ¹⁾ filius Joannis Michaelis Schufelbuel senatoris Lucern. et Mariæ Salomæ Knab. Studia minora, philosophiam et theologiam moralem Lucernæ absoluit. A° 1715 4 minores item sub- et diaconatum cum presbyteratu Constantiæ suscepit per R^m. D. episcopum Geist cum titulo patrimonii super hospitale Lucernense. A° 1716 fuit Vicarius in Doblischwand. A° 1719 promotus ad sacellaniam Rotenburg.

Rüti, parochia.

Franciscus Casparus Muos Tugiensis hon. parentibus natus a° 1677. Studia philosophica et theologica absoluit in universitate Friburgensi Brisgoiæ, ordines ss. accepit A° 1701 Constantiæ, sacerdos factus beneficium accepit Tugii quod possedit per 19 circiter annos, donec promotus ad modernum beneficium parochiale, ubi jam per decem et dimidium annum moratus, V. capituli Hochdorfiensis Sextarius.

Rhein, sacellania curata.

Cyrillus Eiholtzer Lucernensis ex pago Rottenburg, natus a° 1650 honestis parentibus Jacobo Eiholtzer et Catharinæ Gennert. Inferiora et superiora studia, scilicet per tres annos philosophiam, per duos quoque theologiam moralem et per unum cum dimidio scholasticam Lucernæ audiit. A° 1675 fuit ordinatus a R^{mo} D. Georgio Sigismundo die 20. Martii ad subdiaconatum, 13. Aprilis ad diaconatum, die 8. Junii ad presbyteratum in ecclesia Cathedrali Constant. evectus fuit. Per 4 annos vicarium egit in Rottenburg, dehinc ad modernum beneficium curatum promotus, quod actu possidet per 53 annos. Sextarius Capituli Hochdorf. ²⁾

¹⁾ Natus 21. Dec. 1691.

²⁾ Obiit anno 1738.

S. Schwarzenbach, rectoratus.

Jo. Christophorus Riser, civis Bremgartensis, studuit Lucernæ per triennium philosophiæ per biennium theologiæ morali et per annum polemicæ. Obtentis constant. litteris dimissionalibus ordinatus est a R^{mo} D. proepiscopo Schnorpf Arleshemii cum patrimonio abs civitate Bremgartensi, electus sacellanus in ecclesia Collegiata Beronensi cum adjuncto rectoratu in Schwarzenbach quem rectoratum admodo per 16 annos administravit, jam per 6 annos per vicarium, ætatis 56 annorum. Venerabilis Capituli Hochdorf Sextarius. ¹⁾

Dom. Vicarius ejusdem.

Franciscus Dominicus Riser civis Bremgartensis. Studiis operam dedit Lucernæ 3 annis philosophiæ, unum Theologiæ polemicæ, tres cum dimidio speculativæ et morali. A^o 1724 instructus patrimonio ex Bremgarten et titulo mensæ a D. Christophoro Riser, fratre suo, Constantiæ obtenta dispensatione extra tempora ordinandi ss. ordines abs R^{mo} D. suffraganeo Sirgenstein accepit, a quo tempore vicarium superioris rectoris egit. Ætatem habet 31 annorum.

Schongen, parochia.

Joannes Casparus Dangel Beronæ natus A^o 1687. hon. parentibus nimirum Othmaro Dangel et Mariæ Elisabethæ Suter. Inferiora sua Beronæ partim, partim Lucernæ absoluit. Philosophiæ et Theologiæ scholasticæ Solodori. Presbyter ordinatus Constantiæ 4 Octobris 1711 abs R^{mo} D. suffraganeo Geist, ex post electus vicarius in Hochdorf anno 1713; postmodum sacellanus in Hitzkirch, modo Plebanus in Schongen. V. Capituli Hochdorf Sextarius.

Sins, sacellania ad st. Crucem.

Joannes Franciscus Wickart Tugiensis, A^o 1691, 1. Septembris natus honestis parentibus Jo. Bartholomeo Caspar Wickart et Annæ Barbaræ Nunner. Inferiora studia Tugii, philosophiam per 3, theologiam moralem et scholasticam per duos annos cum dimidio in Lycæo Lucernensi audivit. A^o 1715, patrimonio abs magistratu tugiensi et titulo mensæ ab R^{mo} visitatore generali D. a Shorno instructus, Constantiæ in angariis quadragesimalibus a R^{mo} episcopo Conrado Ferdinad sacerdotalem ordinem suscepit, dein Tugii per

¹⁾ Obiit anno 1736 die 19. Febr.

6 annos cum dimidio moratus prmissarium egit ad pagum Steinhäusen. Electus postea in Vicarium parochialem ibidem per annum. A° 1725 vero electus sacellanus in Sins. ¹⁾

Dom. sacellanus ibidem ad st. Catharinam.

Joannes Paulus Viliger ab hon. parentibus Gregorio Viliger et Maria Jacobea Küng natus A° 1679 die 16. Januarii. Primordia studiorum Beronæ, reliqua ad 3^{tium} usque annum Theologiæ impendens Lucernæ absoluit. Primitias celebravit in Rütli ano 1701 in festo st. Thomæ. Exinde ad st. Urbanum profectus permansit in Noviziato per medium annum. Dein Solodorum, ubi per septem, exin Lucernam, dein Argentinam, ubi 15 mensibus vixit, Solodori 7 annis, Lucernæ duobus. Vicarium egit in Beinwil, in Rütli et Büron. Deinde sacellanus st. Crucis in Sins, nunc ad st. Catharinam ibidem. ²⁾

NB. Sunt adhuc duo D. D. parochi ad capitulum Hochdorf pertinentes, nimirum D. parochus in Sins et Auw; quoniam autem sint Religiosi ordinis sti. Benedicti ex Monasterio Engelberg, eos mandatum Celsissimi ordinarii concernere non est visum. ³⁾

¹⁾ Starb als Caplan zur hl. Catharina den 28. Augst 1757. Im Sterbebuch von Sins ist ihm folgendes schöne Denkmal gesetzt: qui curam animarum per 32 annos sollicitus in Sins exercuit, 508 baptizavit infantes, diuturno ac gravi morbo patiens tolerato, provisos ante mortem iterato moribundorum remediis piissimam vitam placida morte clausit hora 6. matutina act. 67.

Caplan Wickart war ein Sohn des Klein Uhrenmachers Bartli Kasper in der Geißweid bei Zug, und die Mutter, welche aus dem Württembergischen stammte, starb den 8. März 1736. act. 65. (Gefällige Mittheilung von Herrn Pfarrhelfer Wickart in Zug.)

²⁾ Obiit die 9. Julii 1733.

³⁾ Ähnliche tabellarisch ausgefertigte Uebersichten über die Pfründen, Pfrundbesitzer, deren Einkommen u. s. w. enthält das Decanats Archiv des Capitels Hochdorf noch mehrere aus älterer und jüngerer Zeit, z. B. von 1656, 1757, 1802, 1805 und 1824. —

